Wojewódzki Pauli Joan: Quaestio theologica de impeccabilitate Christi Domini.

✠ IN NOMINE DOMINI, AMEN.

QUÆSTIO THEOLOGICA,

Ex 3tia parte Summæ Theologicæ, Divi THOMÆ Aquinatis, Doctoris Angelici quæst. 15.

DE IMPECCABILITATE CHRISTI DOMINI,



PER

M. PAVLVM IOANNEM WOIEWODZKI,

In Alma Vniversitate Cracoviensi, Collegam Majorem, Sacræ Theologiæ Doctorem & Professorem, Ecclesiarum Collegiatarum, Florentiæ ad Cracoviam, Sancti FLORIANI Custodem, Ecclesiæ Pilecensis Canonicum, Cancellarium Lenczyciensem, in Cathedrali Ecclesia Cracoviensi, in Arce Concionatorem, pro Solennitatibus CHRISTI Domini, & Beatissimæ VIRGINIS MARIÆ; Curatum Minogensem,

Publicè ad Disputandum, in Augusta D. Iagellonis Aula, Almæ Vniversitatis Cracoviensis, In Lectorio Dominorum Theologorum, PRO LOCO *INTER CLARISSIMOS DOMINOS,* SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORES, PROPOSITA.

SUPERIORUM PERMISSU.
Anno Dñi 1691. VI. Kalend. Septembris.

CRACOVIÆ, TYPIS VNIVERSITATIS.

QUÆSTIO THEOLOGICA.

V. CHRISTVS Dominus habens gratiam habitualem, in ratione gratiæ infinitam, suâq; intensione totam gratiam Angelorum omnium simul sumptorum, & hominum superantem: omnis peccati fomite carens, de absoluta potentia, peccare potuerit; necne?

CONCLUSIO I.

CHRISTI Domini gratia habitualis, quam habet in ratione gratiæ, infinita est.

COROLLARIA.

I. Gratia Christi Domini, ut est accidens physicum, seu qualitas in subiecto recepta, non est infinita gradualiter seu intensivè.

II. Humanitati Christi Domini, Gratia data fuit sine mensura.

III. Gratia habitualis Christi Domini, in esse moris considerata, habens dignitatem moralem, à supposito Verbi Divini, cui conjungitur, infinita dici debet.

IV. Gratia habitualis Christi Domini, triplici titulo dici debet infinita; primò moraliter. secundò extensivè. tertiò prout habet totam plenitudinem & intensionem, quæ de potentia DEI ordinaria, possibilis est.

V. Gratia habitualis Christi Domini, potest dici infinita simpliciter, secundùm quod simpliciter idem est, ac absolutè & sine addito.

CONCLUSIO II.

GRatia habitualis Christi Domini sua intensione, superat totam gratiam, omnium Angelorum simul sumptorum & hominum.

COROL-

COROLLARIA.

I. Datur in Christo Domino, plenitudo gratiæ, tam intensiva, quàm extensiva, secundùm potentiam DEI ordinariam.

II. In Christo Domino, reperitur plenitudo gratiæ tenens se ex parte subiecti, & ex parte ipsius gratiæ.

III. Anima Christi Domini, gratiam recepit, ut ex ea quodam modo transfunderetur in alios.

IV. Anima Christi Domini habuit gratiam ad omnes operationes, vel effectus gratiæ.

V. Plenitudo gratiæ formalis, est propria Christo Domino; non verò plenitudo subiectiva.

CONCLUSIO III.

In CHRISTO Domino fomes peccati nullus fuit.

COROLLARIA.

I. Quamvis in Christo Domino fuerit appetitus sensitivus: non fuit tamen sic dispositus & expeditus, ut posset exire in actum contrarium rationi, & inclinare ad peccatum.

II. Nec de potentia Dei absoluta, potuit esse fomes peccati in Christo Domino: sive per modum actus primi, sive per modum actus secundi.

III. Verbo Divino, ratione Unionis humanitatis ad ipsum, incumbebat obligatio specialiter gubernandi humanitatem, nedum ut rationalem: sed etiam ut sensitivam.

IV. Verbum Divinum, solùm assumpsit illos defectus, qui ordinari possunt, ad satisfaciendum, pro peccato generis humani.

V. Motus inordinati appetitûs, pugnant essentialiter cum unione hypostatica: vel ratione summæ sanctitatis: vel ratione obligationis, quam fundat in Verbo, ut DEO, prædictos motus vitandi.

CONCLUSIO IV.

CHRISTUS Dominus etiam de potentia absoluta peccare non potuit.

COROLLARIA.

I. Humanitas Christi Domini ex vi unionis hypostaticæ, est omninò & absolutè impeccabilis.

2. Ope-

II. *Operationes Christi Domini, juxta SS. Patres, non possunt esse peccata; quia sunt actiones Theandricæ.*

III. *Humanitas Christi Domini, ex unione ad Verbum præcisè, coniuncta est immobiliter primæ Regulæ, rectæ operationis.*

IV. *Unio hypostatica, nedum cum peccato gravi, quale est mortale: sed etiam cum culpa levi, qualis est venialis, incompossibilis est.*

V. *Etiamsi humanitas Verbo unita trahat ex Adamo originem per seminalem propagationem; non traxit tamen peccatum originale.*

Soli DEO Honor & Gloria.



SUB FELICISSIMIS AUSPICIIS,

Magnifici, Perillustris, & Admodùm Rndi Domini,

D. M. FRANCISCI IOSEPHI PRZEWOSKI,

S. Th: Doctoris & Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum, SS. Omnium Crac: PRÆPOSITI, Scholastici Cureloviensis, ad S. FLORIANUM Canonici, Korczynen: Curati, Librorum per Diœcesim Crac: Ordinarij Censoris, Canonizationis Beati IOANNIS CANTII, Procuratoris, Contubernij Hierosolymitani Provisoris, S. R. M. SECRETARII, ALMÆ UNIVERSITATIS CRACOVIENSIS, Generalis, & Vigilantissimi

RECTORIS.

